UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Heliseo p[ro]pheta. Cap[itulum]. cxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ſannoꝝ preſſus iniuria ad vrbem deuenerunt: ⁊ epiſcopum ſuum inſtanter orauerũt vt ad eccleſiam ſuam rediret: ⁊ plebem ſibi commiſſam ſuis exhortationibus de tot malis erueret. Qui iuſſus a papa cum populo rediẽt: iuramẽto ab eis exacto ne bona eccleſie diſtraherẽt: ⁊ diſtracta redimerent. Reuerſus quoq; populũ ſuum ſanctis ſermonibus ad penitentie opera ꝓuocabat. Interea diſſeſſione orta inter alaim ⁊ vmblonem: alais orientalẽ vmblo vo occidentalem portam tenebat. Cum autem alais vmbloni reſiſtere non poſſet facta conſpiratione cum quodã vitaliano comite ipm cum eius exercitu per portã quam tenebat in vrbem intromiſit: vt ſic in aduerſarium ſecurus inſultum faceret. In ipa vo ciuitate erat quidam vir xpianus nomine fredo: qui veſpere illo ſpiritu diuino tactus vxori predixerat vrbem ipam eadem nocte ab inimicis inuadendam: armaq; ſua ad lectuli caput poſuit: vt ſeditione inſurgẽte ꝓ̃ptior armaretur. Sicq; factum eſt: vt quod predixerat: eueniret: illeq; armatus confeſtim ad cetheum epiſcopum confugeret. Oratione vo ſancti epi excitatis ciuibus et repente egreſſis ciuitas ab inimicis viriliter defenditur: aduerſarij expelluntur: ⁊ alais captus vti patrie proditor vmbloni preſentatur. Cunq; omnes ipm dignũ incendio acclamarent: ⁊ epiſcopus horrens effuſionem humani ſanguinis pro eo interueniſſet: ſupplicans vt vel in carcerem vel in exilium mitteretur: cetheus ab vmblone detentus eſt: eo ꝙ ipm cum alai preſumeret ꝯſpiraſſe: ⁊ ob id pro illo interuenire. Et alaim quidem ad portam orientalem decollari fecit. Cetheũ vo cathenis vinctum in medio foro ciuitatis capite truncari mandauit. Cum autem epiſcopus pſalmum. Deus laudem meam. decantaſſet: tantus tremor ſpiculatorem inuaſit: vt ipm minime percutere poſſet. Quod cum vmbloni nunciatum fuiſſet: epiſcopũ magicis hoc artibus feciſſe cogitãs ipm in carcere diebus multis detinuit. Deinde ipm vinctũ in flumie piſcaria per pontem marmoreolum precipitari iuſſit. Qui tertio inde iactatus tertio illeſus exiuit. Tũc iubente vmblone nequiſſimo lapis ingens ponderis librarum quingentarũ ad collum epiſcopi ligatur: ⁊ ſic per pontem precipitatus in flumine necatur. Statim autem vt ſpiritum emiſit ſuper aquas corpus vna cum lapide enatauit. Ad quod ſpectaculum cum vmblo feſtinaſſet a diabolo oppreſſus ⁊ mortuus eſt. Corpus autem martyris gubernantibus angulis per fluuium in mare deſcendit: ⁊ vna cũ lapide ad littus iardeneñ. ciuitatis a fluctibus euectum eſt. Quod cum piſcator quidam in littore reperiſſet: epo nũciare curauit. Qui vna cum eius clericis ad locũ acceſſit: corpus quidẽ martyris ꝓpter lapidem arbitrans: ipm tñ vt martyris quaſi dubius venerari nõ audens in littore ſepeliuit: ⁊ quia nomẽ eius ignorabatur perregrinũ nominauit: diuinãq; voluntatẽ ſuperiude expectare cepit. Cum autẽ piſcatores noctibus ſingulis ad caput foſſe lumẽ celeſte ꝯſpexiſſent: ⁊ hec in ciuitate relata fuiſſent cecus quidã a natiuitate a patre ad foſſam deducitur: ⁊ oratione fuſa lumen ei oculoꝝ infunditur: quo viſo miraculo corpus martyris proculdubio fore noſcit: ⁊ ab epiſcopo nomine ſancti martyris et epiſcopi ꝑegrini miliario iuxta iardenẽſem ciuitatẽ in eccleſia ſepelit. Poſt aliquod tẽpus tam eius paſſionis ſeries: ꝙ dies ⁊ nomẽ a ciuibus iardenẽſibus inquiſita reperiunt. Qui paſſus eſt idibus iunij.

De ſancto Fandila presbytero ⁊ martyre. Cap. cxiiij.

Fandila presbyter ⁊ martyr apud cordubã ciuitatẽ paſſus eſt. Qui tempore perſecutionis pro confeſſione nominis dñi amputato capite martyrium conſumauit idibus iunij: vt ait Ado in martyrologio.

De ſancto Heliſeo ꝓpheta. Cap. cxv.

Heliſeus ꝓpheta: qui Eccleſiaſtici. xlviij. cap. inter ſanctos antiqui tẽporis glorioſe extollit: natus eſt in galgalijs: cuiꝰ natiuitatis tpe tale prodigiũ cõtigit: vt vnus ex vitulis aureis qs hieroboã fecerat: acute mugiret. Quo audito in hieruſalẽ ſacerdos diuino nutu ait ꝓphetã eſſe natũ in hieruſalẽ: qui ſculptilia ⁊ fuſilia deoꝝ deſtrueret. Hũc diuino mãdato helias in abela repertum arãtem vocauit: ⁊ ad eius diſcipulatum aſſumpſit. Et cum pallium ſuũ impoſuiſſet ſuper eum confeſtim ꝓphetizare cepit: qui exinde ſecutꝰ eſt heliam ⁊ miniſtrabat ei: vt dicit. iij. Reg. xix. ca. Cum aũt helias a dño in celũ raptus eſſet: vt dicetur infra in geſtis helie prophete. xix. kalen. ſeptembris. Spũs helie duplex ſuper eũ requieuit: ſcz ad ꝓphetandũ ⁊ miracula faciendum. Multis eñ miraclis claruit: que in. iiij. Reg. cap. ij. iij. iiij. v. vi. ⁊. vij. narrat. Cum eñ in hierico aqua foris peſſima terrã ſterilem faceret: egreſſus ad fontẽ miſit in illũ ſal: ⁊ aquam ſanam reddidit. Aſcendens bethel pueris ſibi illudẽtibus maledixit: ex quibus. xlij. numero ab vrſis duobus cõtinuo lacerant. Cum aũt vxor quõdam abdie ꝓphete ad eum veniret: vt virum ſuũ mortuũ ere alieno preſſum defleret: eo ꝙ ꝓpter alimoniã ꝓphetarũ quos in ſpelunca pauerat: debita ꝯtraxiſſet. Creditorq; duos filios abdie i ſeruitutẽ ꝓ debito redigere vellet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Heliſeus mulierem iuſſit vaſa vacua mutuo ac-
cipere: paruũq; olei quod habebat in ipſis vaſis
filijs iuuantibus infundere. Quod cũ feciſſet:
oleumq; diuinitus multiplicatum eſſet: et de-
bitum mulier ex olei precio ſoluit: et ex reli-
quo cum filijs vitã duxit. ¶ Trãſiens per ſunã
ciuitatẽ a matrona nobile ⁊ diuite in domo cũ
giezi miniſtro honorifice ſuſcipit: eiq; cellula
de viri voluntate preparatur. Que cum filium
non haberet: ⁊ vir ſenex eſſet: heliſeus ei a dño
filiũ impetrauit: quaſi pro beneficio hoſpitali-
tatis vices rependens. Cũq; puer creuiſſet: et
ad patrẽ tpe meſſis egreſſus eſſet: calorẽ ſolis
percuſſus caput doluit: ⁊ remiſſus ad matrem
ſubito expirauit: quẽ mater ſuper lectulũ viri
dei collocans: petita a viro licentia dolore diſſi-
mulato ad virũ dei in montẽ carmeli deuenit.
Cũ autẽ heliſeus factũ muliere narrãte cogno-
uiſſet: premiſit giezi puerũ ſuum cum baculo: vt
puerũ ſuſcitaret. Verũ inſtante muliere vt per-
ſonaliter veniret: ad ſunã deuenit: ⁊ puerũ mi-
nime ſuſcitatũ inuenit. Et tũc heliſeus ſupra
corpus ſe iactans: ⁊ ad dñm orans: puerum de-
functũ vite reddidit: ⁊ matri viuentẽ tradidit.
¶ Cũ aũt facta eſſet fames in terra: ⁊ filij pro-
phetarũ ad eũ conueniſſent: iuſſit vni ex illis:
vt pulmentũ pararet. Qui egreſſus vt herbas
colligeret: colloquintidas in ollã cõcidit: igno-
rans quid eſſet. He ſunt cucurbite amariſſime
minores his que in hortis naſcũtur. Cunq; di-
ſcũbentes deguſtaſſent: ⁊ mortẽ ob amaritudi-
nem in olla clamarent: vir dñi allatam farinã in
ollã miſit: ⁊ eſcam dulcorauit. ¶ Vir quidã de
baſiliſſa detulit ſancto ꝓphete panes duos pri-
mitiarũ: ⁊ .xx. panes hordeaceos: ⁊ grana fru-
menti noui confricata. Quos fecit heliſeus ap-
poni populo qui erant centũ viri: hoc eſt illos
duos panes triticeos tantũ. Et cũ ex hoc mini-
ſter heſitaret: ſpiritu dñi predixit: ꝙ comede-
rẽt oẽs: ⁊ ex inde ſuparet: qđ et miraculoſe fa-
ctuꝫ eſt. Naaman quoq; princeps militie regis
ſyrie vir diues et prepotens ſed leproſus erat.
Cuꝫ aũt vxor naaman ab ancilla puella: que de
terra iſrael captiua ducta fuerat de miraculis
heliſei didiciſſet: ⁊ hec oĩa viro: illeq; regi ret-
tuliſſet: acceptis naaman litteris a rege ſyrie
ad regẽ iſrael: vt ipm ſanaret: venit ad eũ: et ei
litteras p̃ſentauit. Quod cũ rex iſrael audiſſet
horruit: ⁊ immemor heliſei hoc ſibi impoſſibile
cognouit: veſtimẽta ſua ſcidit: ⁊ regẽ ſyrie occa-
ſiones contra ſe querere putauit. Cum aũt he-
liſeus ad regẽ miſiſſet: vt ſibi naaman deſtina-
ret. Illeq; ad oſtiũ prophete cuꝫ equis ⁊ curri-
bus adueniſſet: miſit ad eũ vir dei dicens: vt ad
iordanẽ deſcendens: ibidem ſepties lauaret: ⁊
a lepra mũdaret. Et prima quidẽ facie naamã
moleſte tulit: eo ꝙ ad eum nõ veniſſet: ⁊ manu
vulnus tetigiſſet. Deinde ſeruoꝝ conſilio in ior-
dane ſepties ſe lauauit: et mox ab eo lepra di-
ſceſſit. Reuerſus autem ad heliſeum munera
multa ei obtulit: ſed dñi ꝓpheta nihil oĩno reci-
pere cõſenſit. Verũ cũ aliquãtulũ abiſſet: giezi
auaricia ductus poſt eũ cucurrit: eidẽq; men-
tiens dixit: ꝙ duo ex filijs prophetarũ ad heli-
ſeũ repente ſuperuenerãt. Ideoq; ille pro mu-
nere aliquo ſibi largiendo mittebat. Qui cum
eidem argentuꝫ ⁊ veſtes tradidiſſet eaq; giezi
in domo abſcõdiſſet. Et hec omnia heliſeus di-
uino ſpiritu cognouiſſet: maledixit giezi predi-
cens: ꝙ lepra naaman ſibi ⁊ eius ſemini adhe-
reret eo ꝙ diuinã gratiã vendidiſſet. Statimq;
egreſſus ẽ ab eo leproſus: ab hoc giezi ſimonia-
ci primo giezite dicebantur in veteri teſtamen-
to: donec a ſimone mago ſimoniaci dicti ſunt.
¶ Poſt hec cum eſſet heliſeus cũ filijs prophe-
tarum iuxta iordanẽ: ⁊ ipſi ligna cederent: vni-
q; eorum ferrum ſecuris ex ligno excuſſum in
aquam cecidiſſet: heliſeus lignum in aquã mi-
ſit: et ferrum ad ſuum locum enatauit. Cunq;
rex ſyrie contra iſrael pugnaret: et ſepius ho-
ſtes in inſidijs poneret: rex iſrael eos cauebat:
qꝛ eos ſibi heliſeus manifeſtabat. Qđ cum rex
ſyrie a ſeruis ſuis didiciſſet: ⁊ prophetam eſſe
in dothaim comperiſſet miſit illuc robur exerci-
tus qui ciuitatem circundederunt vt eum cape-
rent: maneq; puer heliſei vidẽs exercitũ timu-
it: ⁊ prophete nunciauit: qui puerum conforta-
bat ⁊ plures quam illi ſecum eſſe aſſerebat. Et
orante heliſeo dominus aperuit oculos pue-
ri: ⁊ vidit montem plenum equis ⁊ curribus .i.
agminibus angelorum. Cunq; hoſtes intrarẽt
ad euꝫ: percuſſit eos dominus cecitate: ne ipm
videntes agnoſcerent. Quibus heliſeus dixit:
nõ eſſe ibi manſionẽ eiꝰ quẽ querebãt: eoſq; il-
luc deducere ꝓmittebat: qđ ⁊ reuera fecit eoſ-
q; in mediũ ſamarie deduxit. Tũc orante ꝓphe-
ta aperti ſunt oculi eorum: ⁊ viderunt ſe eſſe in
medio ciuitatis: ⁊ hoſtes circunſtantes. Et cũ
rex iſrael eos occidere vellet: prohibuit ꝓphe-
ta domini: eo ꝙ dñs eos illuc adduxerat: quin
imo eiſdẽ abundanter miniſtrari fecit ⁊ illeſos
remiſit. ¶ Et cum benadab rex ſyrie ſamariam
obſediſſet: ⁊ fame maxima oppreſſiſſet: ita vt
mulieres natos proprios comederent: et rex
iſrael prophetam eo ꝙ predictã obſidionẽ pre-
dixerat occidi mandaſſet: et hoc heliſeus per
ſpiritum cognouiſſet: ſpeculatorẽ ad ſe intrare
prohibuit: donec rex penitentia ductus ipm re-
uocauit. Tunc heliſeus ſequenti die vbertatem
maximã futuram predixit. Et cũ vnus ex prin-
cipibus eum irrideret: mortẽ illius repentinã
prenunciauit: que oĩa vt predixerat euenerũt.
Nocte eñi dñs terruit exercitum ſyrie: ſonitum
infinite militie mittẽs ſuper eos. Qui animas
ſuas ſaluare cupientes aufugerunt: ⁊ oĩa dimi-
ſerũt. Sicq; populus ſamarie egreſſus predã
diripuit: et ex victualibus perceptis vbertas
maxima facta fuit. Princeps quoq; ille in in-

troitu porte a turba compreſſus expirauit. ¶His ⁊ alijs multis ⁊ magnis miraculis heliſeus clarens in pace quieuit. xviij. kalē. iulij. Prophetauit autē ⁊ claruit ſub iorā ⁊ hieu ⁊ ioachaz regibus iſrael in ſamaria. Cum autem quidam latrunculi moabite hominem mortuū ſpoliaſſent: ⁊ cadauer in ſepulchro heliſei proieciſſent: cum tetigiſſet oſſa heliſei cōtinuo ſurrexit. Sepultus eſt autē in ſamaria paleſtine quam ſebaſtē. i. auguſtam in honorem auguſti herodes poſtmodum vocauit: vbi ⁊ abdias propheta ⁊ iohannes baptiſta requieſcūt. Ad quorū ſepulchra varia miracula fiunt: vt dicit Hieronymus libro de vita paule. Adeo vt cruciati demones ibi rugiant: voces diuerſorum animalium pretendentes. Alij cernunt rotare caput: ⁊ poſt tergum terram vertice tangere. Alij ſuſpenſis pedibus eminus veſtes in faciem defluere: vbi ⁊ in monte vicino dire videntur ſpelunce: in quibus ⁊ famis ⁊ perſecutionis tempore abdias centum prophetas pauit pane et aqua. Hec ex libro. iij. regum capitulis quibus ſupra ex dictis ioſephi ⁊ hieronymi: ⁊ ex hiſtoria ſcholaſtica.

¶De ſanctis Rufino ⁊ Ualerio martyribus. Cap. cxvi.

RUfinus ⁊ Ualerius martyres tpe Diocletiani ⁊ Maximiani paſſi ſunt in territorio ſueſſioneñ. ſub ꝓſide rictiouaro. Qui igreſſus ciuitatem remis ſanctos detētos ⁊ ſacrificare contēnentes magno ferri pondere preſſos ſueſſionū adduxit. Ibiqꝫ eos iuſſit equuleo ſuſpendi: ⁊ plūbatis cedi. Deinde in carcere macerari: vbi angelica viſitatione confortant ⁊ corone de ſmaragdo celitus miſſe eorum capitibus imponuntur. Inde educti dum in Chriſti confeſſione perſiſterēt immobilis: iuxta flumē indole decollati ſunt. Quorū corpora dum chriſtiani ad remenſem ciuitatem deferre vellent de loco in quo decollata fuerāt nullatenus mouere potuerunt. Ibiqꝫ ea ſepelierūt. Qui paſſi ſunt. xviij. kalendas iulij.

¶De ſancto Brandano epo. Cap. cxvij.

BRandanus epiſcopus cum eſſet abbas apud britānias. Poſtqꝫ ei barinthus retulit: ꝙ cum filio ſuo moroch oceanū perluſtrans paradiſum terreſtrem inuenit: deſiderium ei emicuit: vt locum ipm requireret. Habebat autem tria milia monachorum de quibus. xiiij. tm̄ accepit et naui conſcenſa que audierat videre perrexit. Quem nauem intrantem tres fratres ſecuti ſunt. Et qꝛ nō vocati venerāt eos nūqꝫ redituros prenūciauit. Inuenit aūt prio inſulā altaz: in cuius portu ſibi canis occurrit: quē illi ſequētes oīa ſibi neceſſaria inuenerūt: ⁊ theſauros multos ibidē conſpexerūt. Quoꝝ concupiſcentiā brandanus ꝓhibuit. Sed dum tertio die diſcederet: quidā ex illis tribus fratribus qui frenū argēteū acceperat: poſtqꝫ penitēs peccatum confeſſus eſt ſubito expirauit. Iuuenis quoqꝫ alias inuiſus eiſdē cophinum panis ⁊ vas aque in naui poſuit: ⁊ nuſqꝫ comparuit. In cena dn̄i ſubſequenter ad aliā inſulaz appulerunt. Inuenerūtqꝫ hoſpitē eos deuia tenēda docentē ⁊ neceſſaria miniſtrantē. Sabbato inueniunt piſcem ingentē nomine iaſonem quē inſulā exiſtimantes deſuper deſcēdentes ignem accenderunt: dūqꝫ piſcem ſe mouere ſentirent ad nauē repente cōfugientes vix euaſerunt: piſce ſe cōtinuo mergēte. Die paſche deueniūt ad inſulā vbi aues candidas aſpiciunt: alas ⁊ voce ſonantes: quarū vna voce humana locuta dixit ſe fore de angelis qui de celo ceciderant: ſed modicum culpā cōmiſerant. Ibiqꝫ vſqꝫ ad octauas penthecoſtes permanſerunt. Abinde nauigātes in natiuitate dn̄i ſubſequēte ad inſulam ſanctorū patricij ⁊ libei deuenerunt: vbi cū. xxiiij. patribus ibi repertis in eoꝝ eccleſia habente altaria cryſtallina feſta dn̄ica celebrarunt: indeqꝫ poſt epiphaniam diſceſſerunt. Sicqꝫ cōtinue per ſeptenniū per mare diſcurrendo in predictis feſtis ſemper ad eadez loca redibāt. Quibus tēporibus multa ab eis ſtupenda viſa ſunt. Beſtia eñi maxima eos abſorbere volens ab alia maiori deuorat: ⁊ de reliquijs carniū comederūt. Inde venerunt ad inſulam virorum fortium: vbi ſenex et pueri dn̄o ſeruiebant a quibus gratāter excepti: dū abire vellēt: ſcd̄m ex tribus fratribus ex incuria dormientem dimiſerunt. Inuenerūt ⁊ inſulam: in qua erant botri vue inſtar amphore magne per maximi: gryphem quoqꝫ auē eos rapere volentem: auis altera vaſtior interfecit. In feſto vno ſancti Petri apoſtoli videns abbas piſcium innumerā multitudinē: iuſſit eos deum laudare: qui ſuper vndas enatantes vocibus intonare ceperunt. Uiderunt ⁊ in mari columnā ingentem cryſtallinam ſuper baſes aureas: quā conopeus coloris argentei circūdabat. Inuenerūt ⁊ calicē cuz patena de genere colūne. Uenerūt poſtmodū ad oſtia inferni: vbi demones egreſſi ſuper eos maſſas igneas iactare nitebantur. Ubi ⁊ tertius frater in littore deſcendēs a demonib⁹ raptus eſt. Inuenerūt ⁊ iudā xp̄i proditorē ſedentē in mare ſuper lapidē: quē dixit ſe in hieroſolymis in loco luctuoſo poſuiſſe ꝓ tranſeuntibus ne in lutum caderent protegendis: ⁊ ante eum erant furce ferre: quas dixit ſe donaſſe ſacerdotibus templi: pannus quoqꝫ in